



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-578640-p0001-6

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-578640-p0002-2

DFG

DE IURIS ET IURISPRUDENTIAE  
NATVRA ET PRINCIPIIS, EIVSDEM.  
QVE TVM IN SCHOLIS RECTE TRADEN-  
DÆ RATIONE, TVM VERO ET  
GENVINO IN FORO VSV,

945

21

1618, 4

## Dissertatio Prima,

QUAM,

*Divina annuente gratia.*

PRAESIDE

IOHANNE STUCKIO  
ICto, nec non pro t. Magnifico Vice-Re-  
storer, & Facultatis Iuridicæ Seniore &  
Ordinario &c.

Publicè defendet

IOHANNES Hampe Helmæ-  
stadiensis,

*Ad diem 8. Martij*

IN NOVI IULEI AUDITORIO MAIORI



*De Zach. Timo.*

HELMAESTADI,

E typographeo LVCII,

Anno clc 16 cXXXIV.

*Viris Magnificis, Amplissimis & Consultissimis*

DN. IVLIO }  
REICHARTS,  
&  
DN. IACOBO }  
LAMPADIO, } ICtis & Oratoribus eximijs,  
nec non Serenissimi Brunsvi-  
censum Ducis Consiliarijs  
meritissimis &c.

*Dominis, Fautoribus ac Promotoribus  
suis summè sufficiendis,*

*Exercitium hoc juridicum per-  
officiorē inscribit*

IOHNES Hampe  
Resp.



DE IURIS ET IURISPRUDEN-  
TIÆ NATVRA ET PRINCIPIIS, EIVS-  
DEMQUE TVM IN SCHOLIS RECTE TRA-  
DENDÆ RATIONE, TVM VERO ET GE-  
NVINO IN FORO VSV,

DISSERTATIO PRIMA.

**D**E varijs juris acceptionibus, Idemq; vt & Iurispru-  
dentia, quid, & quale quid sit.

**P**ostquam Deus ter Opt. maxi-  
mus cœlum & terram crearat, omnesq; Homo ad  
res additâ suâ cuilibet certâ & distinctâ imaginem  
formâ ordinarat, vltimò hominem, vt o- Dei crea-  
mnium rectorem & dominum, ad sui i-  
maginem felicissimâ & verè aureâ conditione formauit,  
ad eoq; eum in suo primordio omnium rerum cogniti-  
onc ornauit, solùm vt reuerentiam & obedientiam su-  
am erga Deum conditorem suum declararet, (quæ ob-  
seruatio sine dubio futuri cultus diuini pars fuit,) ei præ-  
cepit ne de fructu ligni siue arboris scientiæ boni & ma-  
li, quæ erat in medio paradisi, comederet. Cæterum Dei præce-  
inuidiâ hostis generis humani, qui ipse ob superbiam & ptum,  
ambitionem, honorem filij Dei affectans, de loco bea-  
titudinis in abyssum impietatis depulsus erat, deceptus,  
ambiens & malum cum bono cognoscere, ac veri Do-  
mini imperium detrectans, è domino se seruum fecit, &  
in se omnesq; posteros id quoq; malum deriuauit. Ac Lapsus ge-  
manici hu-  
mani,

A

ita

ita boni scientia & lumen intelligentiae, quod ex pura anima mentem illustrabat, ab anima malo infecta planè in tenebras decidit, & veluti cœca cœpit à malo semper in pejus deficere, ætasq; vt verè cecinit Poëta Venusinus, pejor auiis genuit nos nequiores, mox datus progeniem vitiosiorem.

4.

Restitutio  
generis hu-  
mani.

Sola clementia Omnipotentis misericordis Dei

lapsæ humanæ naturæ succurrere volens, intrinsecus mentes humanas denuo excitauit & illustrauit, ac extrinsecus præcepta per se & verbi sui nuncios præscripsit, postremo etiam proprium filium misit. Ut ita vera ipsius voluntas, quæq; sint veri cultus diuini & cui libet ad salutem necessaria neminem latere queat; Satis etiam expedita sit boni & æqui ratio, videlicet ut omnia quæ cogitamus, dicimus & facimus Dei voluntati & mandato quod in dilectione Dei & proximi consistit, consona sint & conueniant.

5.

Summa fa-  
luis & er-  
ræ nemini  
ancognita.

Sit item lex quædam naturæ nobiscum (vt verè a-  
junt Plato & Cicero *i. de legib.*) natu non scripta, non per  
discursum ab externis objectis collecta vel inducta, post  
lapsum de imagine diuina adhuc reliqua, apud omnes  
eadem, omnes obligans & instigans tanquam pœdago-  
gus animæ sociatus, non obtemperantes vero, ceu na-  
turale judicatorium, vti conscientiam vocat Basilius,  
tenens & accusans, imò & αιωνιογέτες inexcusabiles  
reddens, vt ipse inquit Apostolus Paulus *ad Rom. 1. vers.*

6.

Lex natu-  
rae.

19. 20. 23. &c. 2. vers. 14. & 15.: Verum, vti omnia huma-  
na sunt, fragilis, lubrica & perturbationibus ob diuersi-  
tatem negotiorum valde obnoxia, tum vero quandoq;  
difficile sit hominem aliunde exuere (jung. Francis. Va-  
lesius *de sacra Philosoph. c. 44.*, vbi de duplice voluntate bo-  
na &c.)

7.

Natura ho-  
minis fra-  
gilis & lu-  
bita.

na & mala per elegantius discurrit) maximè admiculò aliquo extrinsecus superueniente indigens.

Prouenire itaq; dominationes & Reges electi sunt, quos ad fastigium ejus majestatis, vt inquit Iustinus lib. 1. in princ. non ambitio popularis sed spectata inter bonos moderatione prouehebat, Populus nullis legibus origo tenebatur, Arbitria Principum pro legibus erant, Fines que imperij tueri magis quam proferre mos erat.

Ettantum regibus à subditis tributum est, vt quorum Fidem spectatam sibi satis & exploratam putarunt, eorum liberrimo arbitrio se suaq; omnia commiserint, nullis legibus opus esse existimantes. Quodq; similiter primis temporibus apud Romanos obtinuisse patet ex illo Pomponij, cum in l. necessarium, 2. §. Et quidem 1. de Orig. iur. initio ciuitatis omnia manu regum ait esse gubernata.

Et quibus verò, quandoq; vt est hominum ingenium, amicitiæ multum, nec minus odio & iræ interdum tribuerent, sèpè planè in tyrannos abirent, affectibus suis plusculum indulgentes, visum fuit, (quamvis verè dicat Plato in Politico fol. (mibi) 185. Optimum esse non leges quidem valere sed hominem prudentem regiumque) normam quandam præscribere, secundum quam tūm subditi viuerent, tūm illi imperium suum exigerent, ac in vniuersum vesana humanarum cupiditatum intemperies coiceretur. Adeoq; leges conditæ sunt, quod illæ, vti cæcæ sunt & surdæ, ita omnibus æqualiter jura reddant, nihil gratiæ, nihil fauori, nihil odio tribuentes.

De quibus rectè Cicero pro Cluent. scribit: vt corpora nostra sine mente, sic ciuitatem sine lege suis parti-

A 2 bus

Dominati-  
onum hu-  
manarum

Leyes ijs-  
dem vti  
normatū  
regentium  
tum sub-  
ditorum  
superadditæ.

Legum v-  
tilitas ac  
necessitas



bis fieri ac sanguine uti non posse. Quæq; quo pri-  
mis temporibus simpliciores fuerunt, ita etiam rudibus:

II. hominum animis ut maximè placuerunt. Verùm cùm

Leges con- illæ ferantur super negotijs & actionibus humanis, quæ  
stituuntur in singulas horas mutantur; ideo in quibus rebus vni-  
generali- ter, non in uersè & generaliter rectè præcipi non potest, (neq; etiam  
singulos propter vitandam infinitarum aliàs legum confusio-  
casus. nem in singulos casus præcipere juuat,) in eis id sumit:

12. In his quæ lex quod plerumq; solet euenire, non ignorans uti ait:

ut pluri- Philosophus s. Ethicor. c. 10. Peccatum legis (puta gene-  
sum, non ralis) intereaq; nihilominus rectè negotium suum a-  
quæ ex in- opinato gens. Quod non culpa, uti addit ibidem Philosophus,  
accidunt. legis est; neque ejus qui legem tulit, sed naturæ re-

13. rum, ut pote quarum quæ in actionem cadunt hujusmo-  
Æquum,, di planè materia est, ac pergit ibidem: Cum igitur lege ge-  
& bonum,, jure quo,, neraliter locuta aliquid euenit postea preter genus illud vniuer-  
sum, tunc par est, qua prætermisit aliquid lator legis & pecca-  
tus in „ uir in eo, quod absolute locutus est: id quod deest, quodq; omis-  
terpreta- „ sum est corrigere, quod etiam lator legis, si illic adesset, ita elo-  
tionc ob „ queretur, & de quo legem tulisset si præsciuisset. Concludit  
seruan „ dum ad „ verò: Itaq; cum jus est æquum bonum tum quodam jure meli-  
instare „ us: Idq; est quod ait Vlpianus in l. neg. leges 10. ff. de ll.  
gulæ Lef- „ neq; leges neq; senatus consulta ita scribi posse, vt o-  
biæ. „ mnes casus qui quandoq; inciderint comprehendan-

14. Legis in- tur, sed sufficere ea quæ plerumq; accidunt contineri,  
terpreta- Et ideo, uti in seq. l. 11. habet, de his quæ primo constitu-  
tio & de- untur aut interpretatione aut constitutione optimi  
claratio- cujus, & Principis certius statuendum esse; Cumq; juxta l. non pos-  
vnde desu- sunt. 12. in aliqua causa sententia legum manifesta sit, e-  
menda sit. um qui jurisdictioni præest ad similia procedere, atq; ita  
jus dicere debere; item uti habet sequens l. Nam ut ait  
Pedius: 13. bonam occasionem esse, quoties legi aliquid,

vnum:



vnum vel alterum introductum sit, cætera quæ tenduntur  
ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certè ju-  
risdictione suppleri.

Quæ sanè correctio, moderatio & interpretatio  
juris scripti ex mente legislatoris non à quo quis fieri po-  
rest, sebab illo solùm qui habitum sibi comparauit,  
quem Ius seu IURISPRUDENTIAM appellamus.

Quod Ius, quæve IURISPRUDENTIA quid & quale 15.  
quid sit, nec non vnde & quo fluxerit, quæq; ejusdem Scopus &  
principia sint, ut sciamus, operæ pretium fore mihi vi. intentio  
sum fuit, cum ordinarios alioqui labores hodiè mihi  
pertexere non liceat, ea de re specialem aliquam, bre-  
uem tamen, disquisitionem instituere.

Atq; vbi diuersæ occurunt Celsi & Vlpiani defini- 16.  
tiones, & IURIS Celsi in ipso initio Digestorum in l. iuri-  
s. pr. ff. de i. & i. quod SIT ARS BONI ET AEQVI; ac Iu- Iuris &  
risprudentiæ Vlpiani in l. justitia. 10. §. jurisprudentia 2. Iurispru-  
cod. tit. quod sit DIVINARVM ATQVE HUMANARVM dientiæ di-  
RERVM NOTITIA, IUSTI ATQVE INVSTI SCIENTIA. uersæ defi-  
Quæ siue ad verborum proprietatem, siue quo sensu, 17.  
quaq; in acceptione Celsius & Vlpianus jus & Iurispru- Ius & Iu-  
dentiam ita diuersimodè definierint, respiciamus, pla- rispruden-  
nè diuersa dicenda videntur. Et quamuis pleriq; in tia an v-  
commentar. & notis ad dd. textus & pr. instit. eod. ibidemq; dem.  
Vvesenbec. & post illos Heigius num. 22. contrarium

tencant: Attamen & ipsi fatentur, quod quidem vox  
Iurisprudentiæ vsum in foro habeat, juris autem voca-  
bulum veteres interdum per artem, interdum per sci-  
entiam, nonnunquam per sapientiam definierint d.l.s.  
de justit. & jure & d.l. 2. §. juris ciuilis scientia 35. ff. de orig.  
jur. quodq; Vlpiano in ista l. 1. de arte, scientia & studio  
scribere propositum fuerit. Sicut apud Heig. d.loc. n.s.

A 3.

& 24..



¶ 24. in fin. clare videre licet. Quod nihil aliud est, quām jus referre ad habitus contemplatiuos, siue, uti Plato in *Dialogo de Philosophia* habet, ad Philosophiam contemplatiuam, & jurisprudentiam ad habitus Practicos, vel, uti Plato d loco vult, ad Philosophiam actiuam,

18.

Iuris voca  
bulum ho-  
monymia.

quæ toto cœlo differunt. Animaduertendum verò verbum Ius ambiguum esse, atq; primâ sui impositione significare idem quod IUSTVM, à natura, hoc est à Deo mentibus hominum inditum, siue diuina quadam prouidentia constitutum §. sed naturalia. II. Instit. de I. N. G.

19.

Ius idem  
quod ju-  
stum à na-  
tura men-  
tibus ho-  
minum in-  
ditum, si-  
ue diuini  
tus consti-  
tutum.

¶ C., cum ipso humano genere proditum l. quarundam i. pr. ff. de acquir. rer. domin. Vnde & Isidorus lib. 5. Etymologiar. c. 3. relatus in c. jus generale distinet. i. illud dictum ait, quaq; in significatione illud non scriptum ad aures, sed inspiratione quadam à mentibus diuinis in mentes humanas esse transfusum diximus in præced., & multis demonstrat Plato in *Politico*, *Protagora*, *Critica*, lib. 1. de ll., vt & Cicero lib. eod. ac vide pluribus infra dissertat. 4.

20.

Iustum i-  
dem quod  
legitimū,  
quodq; ra-  
tioni ac  
legi con-  
sonum  
est.

Quod justum quidem latè sumptum omne illud comprehendit quod legitimum, quodq; rationi ac legi consonum est, & quomodo ideoq; etiam jus rectè dicimus, quod ad quamcunq; aliam virtutem spectat, jure humano jejunia, item jure diuino posituo Baptismum, confessionem, aliaq; similia constituta esse. At quæ acceptio, cum ita homo non ulterius disponatur quām in ijs, quæ ei conueniunt secundum se ipsum, quod justitiae (quæ æqualitatem quandam importat, & hominem in ijs informat quæ spectant ad alium) non est, hoc non pertinet.

21.

Ius idem  
quod æ-  
quum,

Strictius autem illud sumptum pro AEQVO, iniquo, quod injuriam inuoluit, opposito, secundum æqualitatem aliquam, de qua pluribus infra c. 3, alteri respon-

den-



dente; ut cum debita merces pro impenso seruitio sol-  
uitur, quo exemplo vtitur Thom. 2. 2. q. 57. artic. 1. ad ju-  
stitiam spectat & hujus loci est.

Consequenter non omne quod justum est, ex fon-  
te justitiae profluit, nec statim qui quod justum agit, se-  
cundum justitiam agere dicitur, nisi quod sibi cum alte-  
ro, & alteri cum alio commune est, conuenienter di-  
stribuat, non plus sibi, vt i ipse Aristoteles s. Ethicor. s.  
habeat ejus quod optabile est, quam alteri, nec alteri  
plus quam alij, contraq; sibi minus damni, plus alteri,  
sed utriq; id quod est æquum proportione, similiterq;  
alteri quod alij.

Item cum jus siue justum quod justitiae est, æquale  
quid sit, cui injuria, vt inæquale, opponitur, Deo autem  
æquale vel æquialens siue quod justum est secundum  
perfectam rationem reddere nequeamus, illud quod  
Deo debemus non jus sed fas dicitur c. omnes leges 1. ibi:  
*Eas lex divina est, jus lex humana d. distinct.* 1. Nempe sati-  
dignum quod quid excelsius est, quam justum Domi-  
nic. Soto de justit. & jure lib. 3. q. 1. artic. 1. ad fin., neq; De-  
us vltius ab homine quid desiderat, quam facere pot-  
est, dummodo animam ei totaliter subjiciat. Thom. d.  
artic. 1. ad fin.

Insuper cum æquale tunc quid sit, quando in eo  
nihil minus aut majus est, illudq; nec superat nec defi-  
cit, quod latinis idem est, quod juxta siue prope rem, se-  
cundum illud Salustij: *cines hostes juxta metuere, ut omnes*  
*mecum juxta intelligitis, & quomodo Archiepiscopus E-*  
*piscopis juxta se locum adsignare dicitur in c. solitae 6.*  
*de Majoris. & Obedient., nec non veteribus magistratibus*  
*pro tribunali cognoscentibus juxtam consiliarij vel ex*  
*aduerso in parte primori ad sedisse dicuntur Sueton. in*

Tiber.

23.

Ius quod  
justitiae, æ-  
quale quid  
est.

24.

Ius quod  
Deo debe-  
mus non  
jus sed fas  
dicitur,

25.

Fas quid  
excelsius  
quam ju-  
stum.

26.

Ius dictum  
Connano  
quasi quod  
juxta sit,

Tiber.: hujus loci est illa deriuatio juris quâ illud Con-  
nan. i. commentar. c. 2. quod juxta sit dictum putat. Cui-  
que haud leuiter succurrit lectura Sipontini, quâ legit  
juxta per st., neq; se videre ait qua ratione per X. scriba-  
tur. Et vnde quoq; Columellæ justæ operæ, quæ dici  
sunt æquales.

27.

Ius dictum  
Aristotelis  
dīkaios  
& quare.

28.

Index  
dīkaios

29.

Ius pro le-  
gibus siue  
præceptis  
quibus  
proponi-  
tur, conti-  
netur.

30.

Donelli „  
de vera &  
propria „  
juris si- „  
gnificati „  
one opi- „  
nio. „

Quæ deriuatio vtut fortè paululum longius petita  
videatur: Attamen non dissimili ratione Aristotel. d. s.  
Ethicor. c. 4. δίκαιον (quod idem quod justum vel jus Do-  
minic. Soto de just. & iur. d. lib. 3. q. 1. artic. 1. vers. igitur ut ad  
objecta) qs. δίκαια δίκαιi.e. in duo æqualia diuisio, perinde ac  
si δίκαιos dicamus, & judicē δίκαιos qs. bipertientē siue in  
duo secantem, & μέσοδικον i.e. medijurium, appellatū ait,  
ut pote qui duobus inter se dissidentibus medijs sit, ei  
qui plus consequutus fuerit auferens quod addendum  
ei qui acceperit minus.

Ab hac verò significatione translatum est vocabu-  
lum Ius ad significandas leges, quibus illud proponi-  
tur continetur, siue naturales, siue gentium siue et-  
iam ciuiles illæ sint, & ita jus aliud naturale, aliud genti-  
um, aliud ciuile dicitur, qua de re infra plenius. Ius,  
quasi iustum præcipiens & contrarium prohibens sicuti  
ait Gl. in c. lex est 3. distinct. s. & fac. c. si Ecclesia 42. ad fin.  
ibi: quia verò etiam rex est: seruit, leges justa præcipientes,  
& contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo caus. 23.  
q. 4. Quâ in acceptione Donellus i. comment. c. 3. Iuris  
significatio, inquit, propria una est: cum jus dicitur constitu-  
tio jubens pro imperio, quæ recta sunt, quomodo intelligitur,  
cum dicimus jus esse constitutum, jure quid fieri, juris & equi-  
gnificati rationem non pati, contra jus esse & similia, ut passim in  
libris juris nostri usurpatur: quomodo item dicitur jus naturæ,  
jus ciuile, jus prætorium: tametsi has significationes verbi  
8an.

zamquam diuersas & plures videatur Paulus posuisse in l. penult. ff. de justit. & jur. Sed juris haec species sunt, ne quidem distin-  
ctæ & ita distinctæ, vt unum genus non sit aliud. at significa-  
tio juris una in omnibus, quæ significatur id quod constitutum  
est vel à natura, vel à ciuitate, vel à Prætore: secundum quam  
omnes similiter verbo generis dicuntur jura. Ita Donellus.

At impossibile est, vt illa significatio una propriaq; 31.  
sit, quæ alia est prior & antiquior. qualis autem juris il- Redargui-  
la est, quæ in præcedentibus illud pro ipso justo sumi di- tur.  
ximus. Etenim justum prius est justo præcipiente, nec 32.  
per rerum naturam aliter esse potest quam quod illud, Iustum  
quod præcipit antè sit ac præcipiat. Illiusq; operis ju- prius jus-  
sti quod ratio, vti verè inquit Thomas d. 2.2. q.57. artic. 1. piente,  
determinat, quædam ratio præexistit in mente quasi  
prudentiæ regula (quam jus siue justum in superiori ac-  
ceptione diximus,) quod si in scripturam redigatur pri-  
mùm vocatur lex. Siquidem lex est constitutio scri- 33.  
pta secundum Isidorum d.lib. 5. Erymol.c.3. & d.c. lex est Lex pro-  
3. distinct. i., regula justorum & injustorum vti eam ex priè lo-  
Chrysippo definit Marcianus in l. Nam & 2. ff. de LL.:ide- quendo  
oq; non ipsum jus propriè loquendo, sed aliqualis ratio non ipsum  
juris Thom, d.loc. puta antea in mente constituentis ex- jus, sed ra-  
sistens. tio juris,

Lex item siue jus præcipiens justitiæ quidem regula 34.  
est, at res præterea summæ prudentiæ, adeoq; consilij, Lex facul-  
vel potius consultationis, quæ prudentiæ opus est Ari- tatis con-  
stot, 6.Ethicor. c. 8. vtrumne videlicet ita statuere, sanci- sultantis  
re, jubere, præcipere, vetare proficiat nec ne. Unde &  
definitur virorum prudentium consultum à Papiniano & pruden-  
in l. lex est, 1. ff. de ll., & decretum prudentum hominum tia.  
à Marciano ex Demosthene in d.l. nam & 2. ff. eod. tit. 35.  
Ius autem pro ipso justo, vti in superiori nostra accepti- Lex & jus-  
stum vti differant.

B one,



one, sumptum res immediata solius justitiae est, naturâ in mente consultantium existens, etiam si in modum si-  
36. ue formam legis non jubeatur præcipiaturue. Atqui  
Vocabu- absurdum proprietatem verborum, neglectâ eorum pri-  
lotū deri- mā impositione, velle desumere ab ex post facto super-  
uationes & proprietas uenientibus, cum potius illa (quamuis negari non pos-  
vnde desu- sit & alia præter Etymologiam, de qua Euerhard. in to-  
mendæ. pic. loc. ab Etymolog. 4. per tot. esse, Vnde si fortè de prima  
rei origine non constet, proprietas sermonis cognosci  
queat, sicuti refert Bartolus in l. omnes populi 9. de justit. &  
jure n. 59. autoritatem & definitionem) à prima ista  
sui impositione detorqueantur ad alia significanda  
Thom. d. loc. Molina de justit. & jur. tractat. 1. disputat. 2.  
Quodq; & ipse Donellus d. i. commentar. jur. c. 4. statim in  
init. haud obscurè innuit, cum eas nominum deriuati-  
ones probat, quæ & origini & rei exprimendæ conue-  
niant.

37. Ius qui in signifi- catione di-  
ctum à ju- bendo vel  
jussu.

Et qui quoq; non incommodè jus in hac significa-  
tione, quâ sumitur pro legibus, quibus illud contine-  
tur, cum Iacobo Curtio l. 1. εἰχασῶν c. 1. & Hieronymo  
Majoragio l. 4. miscellan. c. 1. dictum esse vult à jubendo.  
Etenim legis virtus est imperare, vetare, permittere, pu-  
nire, l. legis 7. ff. d. II., & secundum ea, quæ juris sunt ciues  
inter se vivere jubentur d. l. nam & 2. ff. eod. rit.; vel à jus-  
su, vt sit jus quasi jussum, jussi nomen per excellentiam  
obtinens. utpote in quo præ cæteris præcipua est & ef-  
ficax cùm jubentis potestas tùm ipsius legis siue jussi vo-  
luntas. Unde & Festus jura qs. jussa dicta adserit, ac A-  
gricola lib. de inventi dialect. Ius à jussu per Apocapen de-  
riuat.

Quod verò quandoq; ita jubeat & exequatur in fo-  
ro quod justitia dictitat in animo seu voluntate, iterum  
mani-

manifestum est jus pro ipso justo sumptum eo esse prius  
& antiquius, & nomen illud hinc esse translatum ad le-  
ges quibus illud continetur.

Hæq; sunt duæ istæ acceptiones quas indicat Do-  
minicus Soto *in proœm. ad libros suos de justit. & jure*, vt &  
*in proœm. ad l. 3. singulari cum juris nomen bifariam usur-  
pari ait, uno scilicet modo pro eo quod est lex, quam I-  
sidorus d. l. 5. Etymolog. c. 3. relatus inter decreta d. di-  
stinet. 1. intelligat, quando jus dicit generale esse no-  
men, legem autem juris speciem, & altero modo vt ob-  
jectum justitiæ pro æquitate quam justitia in rebus con-  
stituat. alterutro autem accipiamus modo, ejus notio-  
nem prærequiri. Quibus cum quoq; optimè conue-  
nit illud ICti Pauli *in l. jus pluribus. 11. ff. de justit. & jure*  
quod jus pluribus modis dicatur, & uno modo quod  
semper æquum ac bonum est, vt jus naturale: altero  
quod omnibus aut pluribus in quaq; ciuitate utile est,  
vt jus ciuile. Nec minus jus rectè appelletur in ciuita-  
te nostra jus honorarium. de quibus infra vbi agitur de  
speciebus juris scripti.*

Addit verò & Prætorem quoq; ius reddere dici, et  
iam cùm iniquè decernat, relatione scilicet factâ non ad  
id, quod ita Prætor fecerit, sed ad illud quod Prætorem  
facere conuenerit; Aliaq; item significatione ius dici  
locum, in quo ius reddatur appellatione collata ab eo,  
quod fiat, in eo, vbi fiat, Nec non Marcianus *in seq. l. fin.*  
nonnunquam etiam ius pro necessitudine dici ait, ve-  
luti quod alicui sit ius cognitionis vel adfinitatis.

Atq; hoc amplius *jus* pro potestate sumitur, vt  
cum personæ quædam sui, quædam alieni iuris dicun-  
tur *tit. de his quæ sunt sui vel alien. jur.* pro suæ potestatis state,  
vel in aliena potestate esse *l. nam ciuium 4. ff. Eod. l. in ado-*

39.

Iuris acce-  
ptiones ad  
notatæ à  
Dominico  
Soto.

40.

Iuris di-  
stinctæ ac-  
ceptiones  
ex ICto  
Paulo &  
Marciano.

41.

Pro jure  
naturali.

42.

Pro jure  
ciuili.

43.

Pro decre-  
tis præto-  
ris.

44.

Pro loco  
in quo jus  
reditur.

45.

Pro neces-  
situdine.

46.

Pro potes-  
tate,

47. *prionibus s. ff. de adopt. l. sic eveniet. 21. ff. ad leg. Iul. de adul-*  
*ter., pro facultate quam quis ad aliquid habet, vt cum*  
*dicitur vti iure suo, suoq; iure agere, pro agere suâ facul-*  
*tare, suâ autoritate: pro re alicuius qualitate, vt cum*  
*seruitutes appellantur iura prædiorum l. summa 1. §. qua-*  
*dam 1. vers. incorporalis ff. de Rer. diuis. l. quid aliud. 86. ff. de*  
*verbis. significat; provniuersitate aliqua rerum iure defi-*  
*nita, vti hereditas in l. nihil est aliud. 24. eod. tit. l. hereditas.*  
 48. *Pro rei ali-*  
*cujus qua-*  
*litate.*  
 49. *Pro vni-*  
*versitate*  
*aliqua re-*  
*rum.*  
 50. *Pro jure*  
*circa em*  
*vel causam*  
*aliquam*  
*specialiter*  
*constitu-*  
*to.*  
 51. *Pro priui-*  
*legio.*  
 52. *Dominici*  
*Soto error*  
*circa acce-*  
*ptionem*  
*juris, quâ*  
*suntur*  
*pro loco*  
*juris red-*  
*dendi.*
- l. summa 1. §. qua-*  
*dam 1. vers. incorporalis ff. de Rer. diuis. l. quid aliud. 86. ff. de*  
*verbis. significat; provniuersitate aliqua rerum iure defi-*  
*nita, vti hereditas in l. nihil est aliud. 24. eod. tit. l. hereditas.*  
*62. de Reg. jur., bonorum possessio in l. bonorum 1. & l. bona.*  
*3. pr. & §. 1. ibi est enim juris magis quam corporis de bonor.*  
*possess. dos à lasone in rubr. ff. solut. matr. n. 28. Bart. n. 12.*  
*& in l. quod dicitur s. ad pr. n. 2. ff. de impens. in res dotal. fact.*  
*ibidemq; Gottofred. in not. sub lit. K. definiuntur; Pro-*  
*eo item quod circa rem vel causam aliquam specialiter*  
*& in individuo est constitutum, vtpote cum ius acre-*  
*scendi, ius protymiseos siue retractus, ius Albinati de*  
*quo Conan. lib. 9. commentar. c. 4. n. 7., ius applicationis*  
*de quo idem lib. 2. c. 7. n. 2. ac Turnæb. aduersarior. lib. 24.*  
*c. 32., & iura dicimus quæcunq; alicui in modum priui-*  
*legii vel aliâ quâcunq; speciali ratione fuerint tributa,*  
*indulta, concessa. Qualesq; acceptiones plures alias.*  
*passim animaduertere licet.*
- Soli Dominico Soto d. lib. 3. de justit. & jure q. 1. ar-*  
*tic. 1. ad fin. ca, quâ ius pro loco in quo Prætorius anti-*  
*quitus reddidit sumi diximus, non placet. quod quan-*  
*do quis dicatur in iure comparere, eodem modo vide-*  
*atur ius accipi, quo quando dicitur in ius vocari. In ius*  
*vocari autem sit juris experiundi causâ vocari, nempe*  
*vt actor rei nomen deferens experiatur an ius sibi pa-*  
*trocinetur. Vbi ins accipiatur pro iure ipso vel pro le-*  
*ge. Ita Soto. Sed quem, cum ita statuere ausus sit, vim*  
*textus.*

textus Icti Pauli in l. in jus r. ff. de in jus vocand. non intel- 33.  
lexisse & in antiquitate Romana planè puerum fuisse In jus & ju-  
necessse est. Alibi autem demonstrauimus, quæstio- ris experi-  
nes tempore Prætorum alias fuisse iuris, alias facti, il- undi causæ  
lasq; coram illis in iure, vnde & iuris nomen sortitæ vocare  
sunt, has verò coram iudicibus cognitas & tractatas fu- quid.  
isse. Nec mirum idcoq; quod in ius vocare & iuris ex-  
periundi causa à Paulo in d. l. i. coniungantur. At vnde  
planè non sequitur, ius ibidem non designare locum, in  
quo ius reddiderit Prætor, vel in quo coram Prætore  
partes de iure fuerint expertæ. Audiat potius Domi-  
nicus, quando Paulum minus aptè loquutum esse ait,  
præterea Vlpianum, qui similiter in l. voluit 4. §. quod ait  
Prætor i. ff. de interrogat. in jure faciend. claris & perspicu-  
is verbis ius cum solum locum esse dicit, vbi Prætor iu-  
ris dicendi vel iudicandi gratiâ consistat, vel si domi vel  
in itinere hoc agat, ac ipsum quoq; Iustinianum in §. o-  
mnium fin. instir. de pœn. temere litigant. in ius vocare ad e-  
um esse vocare inquietem qui ius dicturus sit. Quare  
etiam ante allegatus titulus inscribitur de in jus non de in  
judicium vocando. Quodq; ex ipsa antiquitate ita mani-  
festum est, vt neminem de eo vlerius ambigere putem.

Cæterūm quæ acceptiones omnes à iure in alteru- 34.  
tra suprarelatarum significatione emanarunt. Restat Ius pro  
autem & alia, caq; vt maximè præsentis loci, qua illud disciplina,  
accommodatum est ad significandam DISCIPLINAM ritia juris,  
ARTEM ET PERITIVM QVA Ivs COGNOSCITVR, & su-  
pra statim in initio Vlpiano ex Celso in l. juri 1. ff. de l. &  
iure definiebatur Ars æqui & boni, atq; ipsi Vlpiano in  
l. iustitia 10. §. iurisprudentia 2. ff. cod. per notitiam & sci-  
entiam, tum Pomponio in l. necessariam 2. §. iuris ciuilis.

B. 5

35. de:



35. de origin. iur. per scientiam, ac iterum Vlpiano in l.  
præses. 1. §. proindes. de var. & extraordinar. cognitionib. per  
sapientiam.

35. Vbi primūm notandæ cauillæ Angeli Thij in praco-  
Angeli gnition. logic. & Iacobi Zabarellæ Comitis de natural. sci-  
Thij & za entia constit. c. 33., quibus jurisprudentiam ajunt simpli-  
barellæ ju risprudē „cēm quandam esse peritiam, quæ nec scientia sit, nec  
tiā quan prudentia, nec ars appellari mereatur, cum sine ratione  
dam sim „plicē pe- sit, eamq; etiam callere aliquis possit absq; vlla ciuilis ac  
tuentium titiā sta legislatoriæ cognitione.

Desumpta hæc sunt ex Platone, imo ipsa ferè ver-  
error.

ba Platonis in Gorgia (quem præter Aristotel. lib. 1. rhe-  
toric., qui nihil ea de re habet, allegat Zabarella.) Qui

36. Ars Plato- verò relatis verbis jurisprudentiam planè non intelligit.  
ni gemina, vna ad a. Sed ibidem in statim præcedentibus cum res duæ sint, &  
nimam, al- artes geminas esse, vnā ad animam alterā ad corpus per-  
terea ad cor- tinentem, eamq; quæ ad animam pertinet ciuilem dicit,  
pus periti- edq; nomotheticam siue legum conditricem & judici-  
nent, ac v- triusq; spe- ariam refert, eam verò quæ corpus curat uno quidem  
ties.

nomine non nominat, at & ejusdem duas constituit par-  
ticulas gymnasticam & Medicinam, sicq; jurisprudentiæ

37. Adulatorie nequidem meminit. Cæterūm adulotoriam, vti quod  
natura & thema & argumentum est totius istius dialogi, ibidem  
ratio. perstringit, quam, ne dicat artem, vocat peritiam quan-  
dam, quæ fuko potius quàm jure aliquo legum condi-  
tricem, judiciariamq; vt & Medicinam & gymnasticam  
æmulari conetur, ita verò se habere demonstrat, vti se  
habet coquinaria ad Medicinam, siue coquus ad Medi-  
cum, si de cibis illos inter se conferre contingat, fuca-  
trix ad gymnasticam, Sophistica ad nomotheticam &

rhetorica ad judiciariam. Quo certè non jurispruden-  
tia, nec veri ICti, sed rabulæ forenses notantur, qui,  
qua-

38. Rabulæ non magis tia, nec veri ICti, sed rabulæ forenses notantur, qui,

quandoq; non tam justitiae quam litigandi vias tradant, Icti, quā  
sicuti est apud Ciceronem lib. i. d. LL. non magis Icti  
quā Empirici medici sunt. De quibus quandoq; res 59.  
ita ferat, notandus, per elegans enim est, locus ejusdem De Rabu-  
Platonis l. ii. d. LL. ad fin. Verum, inquietis, cum multa lis forensis  
in vita hominum bona sunt, pluribus eorum quasi quedam dira  
calamitates insident quæ maculant illa atq; coinquinant. Iu- bus perele-  
dicialis autem disceptatio iudiciumq; cur homini bonum non De Rabu-  
est quod humana omnia mansuetecit? Atqui cum disceptatio lis forensis  
zalis bonum sit, cur & adesse in lite alicui, & causæ iustæ fauere  
bonum non sit? Hec cum ita sint peruersa calumnia bonum ar- bus perele-  
atis subit nomen. quæ artificium inuenisse litibus asserit: quo a- gans locus  
genda & dicenda, siue honesta, siue turpis sit causa superare fa- Platonis,  
cile quis possit: victoresq; facere, quibus ipsarationibus suis fa-  
uer, si pro artis ipsius beneficio pecunia dabitur. Hec siue ars, siue artis expers exercitatio quedam sit, danda opera est ne in  
nostra ciuitate adiutum habeat: sed legum verita conditorem  
nihil aduersus leges proferat: & alio profecta vires suas ostendat. si quis non pareat: hæc lege deterreatur. Si quis iustitia  
vires in animis iudicum in contrarium vertere conetur, ac  
præter oportunitatem multa litigia mouet, aut mouentibus ad-  
est: agat in eum quicunq; voluerit male agendi aut deniq; de-  
fendendi crimen, iudiciumq; huiusmodi apud electos iudices  
agitetur. Et si damnatus fuerit, discutiatur virum auaritiæ  
an ambitiosæ quadam contentione id fecerit. Ac si contentio-  
ne, certum ipsi iudices tempus præscribant in quo nego pro se, neq; pro alio ullam agat dicatuæ causam. Sin autem auaritiæ,  
peregrinus quidem à regione, nunquam redditurus abito, & si  
redierit moriturus. Ciuis autem si auaritiæ fecisse id depre-  
hendatur quoniam pecuniam tanti fecerit, omnino moriatur.  
Quod si ambitiosæ contentione bis tale quid fecisse iudicatus fu-  
erit, id ipsum supplicium subeat. Plura qui petit jungere 60.  
poterit Ammian. Marcellin. lib. 30, deq; variis pestis- Rabularū

rae i-



*Partes ap-  
pellatio-  
nes.*

*rae istius generis hominum appellationibus Partheni-  
um litigiosum l. 1. c. 9. n. 30. cum aliquoꝝ seqq. Aliud au-  
tem, vt i verè Author cod. c. 9. n. 42. concludit, est jurispru-  
dentia, aliud ars rabularia, aliud vera & non fucata phi-  
losophia, aliud sophistica, aliud artificium, aliud male-  
ficium.*

*61.  
Iurispru-  
dentiam  
scientiam  
dicientium  
error.*

*62.  
Icti finis  
agere.*

*63.*

*E contrario non pauci, & præ aliis Neuizanus in syl-  
uanuptiali, Priminibeus, Chassanæus de glor. mundi part.  
10. considerat. 18. per 101. vndecim distincta argumēta addu-  
cens, & Petrus Gilkenius peculiari, quem ea dere conscripsit,  
tractare summoperè laborant ostendere jurisprudenti-  
am esse propriè dictam scientiam. Et versatur quidem  
Ictus circa negotia humana, vt quid in illis justum,  
quidue injustum sit, sciat, ideoq; etiam scire expedit, at  
non propter ḥ scire, siue vt in cognitione acquiescat,  
cùm nec digna ea res sit cui solùm cognoscendæ ope-  
ram det; sed propter ḥ agere non solùm vt sciat quod  
cuiusq; sit, sed etiam vt id quod justum esse videt, cuiq;  
tribuere nouerit. Tùm negotia & facta humana, sub-  
iectum jurisprudentiæ, nunquam sibi sunt similia, sed à  
nutu & arbitrio hominis dependent. Scientia verò nul-  
lum subiectum recipit nisi scientificum, adeoq; est re-  
rum necessiarum & æternarum, quæ semper aut eo-  
dem modo se habent, aut consequuntur causas extra ho-  
minis arbitrium positas, idq; solius cognitionis causâ.  
Est enim habitus demonstratiuus quo percipimus con-  
clusiones necessarias per causas suas veras, primas, im-  
mediatas, notiores & priores ipsis conclusionibus Ari-  
stot. 6. Ethicor. c. 3. & 1. poster. Analyt. c. 27. iung. si placet  
Angel. Mattheac. de via & ratione iur. lib. 1. c. 8. vbi ad ar-  
gumenta Chassanæi respondet.*

*Sed nec intellectus est jurisprudentia; quia non  
est*



est habitus quo cognoscimus prima scientiarum principia ex sola terminorum cognitione sine discurso quæ nullo medio confirmari possunt Aristot. d. i. poster. Analyt. c. 27. Ergò nec sapientia, etenim qui habitus ex intellectu principiorum & scientia componitur.

Ad artem fortè videtur propriùs accedere. Vt potest & quæ versatur in rebus contingentibus, seu iis quæ aliter se habere possunt: Verùm quæ externū opus post se relinquunt, vt in architectura, agricultura, fabrili, sartoria, sutoria &c. fieri videmus, aut saltem corporis membris operationem exercet, vt in Gymnastica, saltatoria, piscatoria, venatoria (jung. Plato in *Sophista* omnes artes aut in acquirendo aut in efficiendo versari dicens) accedit. quorum neutrum à Icto fit, qui dum suum cuiq; tribuere intendit, quodue justum dicit, operationem quidem edit, sed quæ sibi ipsi finis est, & in qua justi & in*Isti opera-*  
*Non Ars,*  
*actionis sed*  
*actionis.*  
justi discrimen relucet, qualis operatio non effectionis sed actionis propriè dictæ nomine venit.

Restat, neq; enim plures habitum intellectualium species sunt vid. Aristot. 6. Ethic. c. 3. Acciaiol. in Ethic. Aristot. lib. 2 c. 5. n. 29. in med., vt sit prudentia, quæ defini-  
*Ius & ju-*  
*rispruden-*  
*tia verè*  
tur Aristot. d. 6. Ethic. c. 5. habitus cum ratione vera con- junctus ad agendum idoneus, in iis occupatus quæ ho-  
mini bona & mala sunt, cuius ipsa res bene gesta seu per- fecta actio, nec aliis ab actione finis est.

Sed & ipse Plato in *præcedd.* artem ciuilem legum conditicem & judiciariam dixit, ac in *Philebo* & *passim* nomine Artium & scientiarum disciplinas promiscuè indigitat, nec minus ipse Aristoteles artium liberalium meminit. Cicero etiam i. *Thuscum.* artes ad rectam viuen-  
*Ars pro*  
*systheme*  
*sue com-*  
*prehensio-*  
*ne præce-*  
*ptorum.*  
dirationem pertinere, studioq; sapientiæ contineri ait; Et

C



Et in vniuersum Stoici, è quorum scholis ut maximè I-  
stī nostri prodierunt, vocabulo isto pro collectione  
comprehensioneq; præceptorū ad scientiæ vel discipli-  
næ alicuius comparationem necessariorum & utilium  
vtiuntur. Vnde & Luciano definitur ordo certarum  
propositionum exercitatione cognitarum ad finem uti-  
lem aliquem in vita; Aliis cognitionum & comprehen-  
sionū perpetuarum & ad exitum vitæ humanæ utilē spe-  
ctantiū copiosa præceptio; Aliisq; itē rerum humanarū  
per generalissimū, subalterna & specialissima cōprehen-  
sio, vel comprehensio præceptorū in rebus æternis pro-  
priorum & ordine dispositorum ad utilem vitæ finem  
spectantium. Quod quidem latius prosequi hīc non  
vacat, nec opus est. Cum autem negari non possit & jus

nostrum ex præceptorum vitæ utilium collectione, cer-  
taq; rei per causas cognitione constare; & Vlpiano jus  
per artem definire placuit, & Pomponius in p̄allegata  
*l. 2. §. juris ciuilis 35. de Origin. jur.* illud scientiam, vt & i-  
tis largius *cognition.* illud sapientiam appellant. non equidem  
acceptis. propriè sed exemplo ipsius Platonis & Aristotelis pin-  
guius & largius ista vocabula accipientes, videlicet qua-  
tenus præcepta juris nostri sub doctrinam cadere & di-  
scendō percipi possunt, quæ nota est scientiæ Aristot.  
*1. analytic. posterior. c. 27. & 6. Ethic. c. 3.* Quare etiam i-  
dem Vlpianus in *d. l. 1. de I. & Iure* §. 2. studii juris, eius-  
demq; positionum, & in modo seqq. præceptorum ex qui-  
bus jus collectum sit, meminit. de quibus pluribus *infra,*  
ibidemq; de iis quæ ab in hoc plus justo inscitæ redar-  
guentibus Vlpianum in contrarium adferri solent.

69. Quod hujus loci est: Et Prudētiæ vocabulū ex illis ali-  
Prudentiæ quod est, quæ latè patēt; Aliaq; ipsi Aristoteli *6. Ethic. c. 8.*

Vni-



Vniuersalis siue vniuersaliū, ea cuiq; p̄̄scribens quæ in publicum & commune bonum debent dirigi, toti alicui societati felicitatem concilians, & circa ciuitatem ipsam versans, dicta adeoq; communis, Politica & ciuilis: Aliam verò priuatam vocat, quâ videlicet circa se ipsum & vnum quispiam operatur consonè ad rectam rationem juxta materiam circa quam agit, vt videlicet fortis temperans, liberalis &c. existat, quam Φεγνησιν siue prudētiam absolutè appellat, alij monasticam vocant; Atque Politicam siue ciuilem aliā ut Architectonicam & pr̄fulem siue Principem, legumlaticem, aliāque iterum particularem constituit, eamque in specie ciuilem (ad discrimen monasticæ siue priuatæ) dicit, ac iterum in consultatiuam & judiciale diuidit. Et allegatum c. 8. tandem ita concludit: prudentiam aliā esse familiarem (priuatam & Ethicam intelligens) aliā legislatricem, aliā ciuilem, arg. huius alteram consultatiuam, alteram judiciale.

Alii item priuatam à solitaria distinguunt, solitariam Ethici, & priuatam Oeconomi siue dispensatoris esse dicentes, & ipsam adeoq; practicam diuidentes in solitariam, priuatam & publicam, siue in Ethicam, Oeconomicam & Politicam, vel etiam moralem, dispensatiuam & ciuilem. vid. Hugo de S. Victore L. 2. eruditio, didascalicar. c. 20.

Plato verò in dialogo quem *Politicum* siue *de regno inscribit* Ciuilem prudentiam vel scientiam, vti eam appellat, primū aliquam ponit planè absolutam, totam Reip. gubernationem tenentem, in sola majestate residentem, dictam inde βασιλικῶν, regiam, à nullo alio dependentem, suaq; propriâ autoritate gubernantem αὐτοτακτικῶν, eoq; refert Architectonicam, aliā verò ḡm

C 2

vocabulū  
late patet.

70.

Alia vni-  
uersalis.  
Politica & ci-  
uiles.

71.

Alia pri-  
uata, mo-  
nastica.

72.

Alia legū-  
latrix, alia  
in specie ci-  
uiles, eaq;  
consultati-  
ua vel ju-  
dicialis,

73.

Alia soli-  
taria, alia  
Oecono-  
mica.

74.

Practica  
triplex so-  
litaria, pri-  
uata & pub-  
lica.

75.

Prudentiæ  
diuisio Pla-  
tonis in re-  
giā, impe-

*ratio*riam,  
*oratio*riam  
& *judicia-*  
*riam.*

tamen seu imperantem quidem, sed ad arbitrium illius regiae & supremæ, ejusq; tres facit species Imperatoriam præfectorum exercitus, Oratoriam siue Persuasoriam (hodiè in judiciis incognitam) & judiciariam vt legum custodem regiaeq; ministram, quamq; non longius patere ait, quām vt circa contraetus omnigenos (contraetus vocabulo omnia negotia humana includit) quid justum, quid non, consideret, & ad normam legum, quas Rex ipse condidit, respiciens de singulis judicet, propriâ virtute semper adhibita, & per quā neq; muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus transgressis, mutuas accusationes dissoluat. Quod si verum est & judiciaria vel potius juridiciaria solius magistratus erit. quodque siue ad pristinam formam judiciorum quā magistratum & judicum munia fuerunt distincta, factiq; & juris quæstiones fuere diuersæ, siue ad hodiernam, qua judicandi munus penes magistratum residet, respiciamus, negari non potest.

77.  
Iurispru-  
dentiae dif-  
ferentia  
specificæ  
in bono &  
æquo.

Boni & æ-  
qui verba  
vti suman-  
tur in defi-  
nitione „  
juris. „

Quorsum ideoq; Iurisprudentia? & quorsum I&i no-  
strī, quodue tandem corundē erit munus? Hoc demon-  
strant verba à Celsō in definitione juris superaddita *boni*  
& *aequi*. quibus differentiā specificam, quā jurisprudentia  
ab aliis prudentiis distinguitur notare & indicare voluit.

Quæ verba Accursius innot. add. l. i. malè distinguit, quasi aliud sit æquum aliud bonum. Neq; justiūs augunt, qui vocabulum *boni* abjiciunt, quasi omne quod æquum est, etiam bonum sit. Est autem, vt inquit Aristot. s. Ethicor. c. 10. jure quodam melius æquum & bonum, & verò non ita jure quodam melius est, vt sit aliud quoddam juris genus. Sed idem & jus est & æquum bonum: cumq; ambo sint bona, melius est æquum bonum. Et differunt itaq; jus & æquum bonum non genere. verùm inter se: ac vt addit A.



ristotel. *ibid.* quamvis aequum bonum jus sit, non est tamen jus  
lege constitutum aut legitimum: Sed juris legitimi correctio  
ἐπανόρθωμα νομικον δικαιον. qua aliquid ei deest. Vocat illud  
aequum bonum ibidem τὸ δίκαιον, & jus τὸ δικαιον.  
79.  
Ius & Ab.  
quum bo-  
num di-  
uersa.

Quod jus certe, vti inquit Plato *in d. dialog. de regno*.  
non semper optimum atq; rectissimum est, neq; ita vt o-  
mnibus omniq; tempore optimum & justissimum sit  
præcipi potest. Neq; enim humanarum actionum dissi-  
militudo instabilisq; rerum humanarum conditio per-  
mittit, vt ars vlla simplex quicquam & in vniuersum de  
omnibus perq; omne tempus valens constituere queat.  
Neq; fieri potest vt certus quidam & vniusmodi simplex-  
que ordo valeat in his quæ varia semper sunt, vniusmo-  
di verò nunquam, de qua varietate pluribus Plato *ibid.*  
& *supra in init.* Intellectus noster, vt inquit Thom. *super*  
*d. c. 10. Aristotel.* De quibusdam potest aliquid ve-  
rum dicere in vniuersali, vt in necessarijs, in  
quibus non potest defectus accidere; de qui-  
busdam verò impossibile est vt dicat quid ve-  
rum in vniuersali, vt de contingentibus, de  
quibus etsi aliquid sit verum, vt in pluribus,  
in paucioribus tamen deficit, vt sunt facta hu-  
mana de quibus dantur humanæ leges. Iun-  
gatur omnino Soto *de I. & I. lib. 1. q. 6. artic. 1.* vbi ex pro-  
posito contra alios disputat, qui leges in singulari siue  
de singularibus casibus constitui volunt. Oportuit i-  
gitur, vti iterum inquit Aristot. *lib. 3. politicor. c. 7.* quidem  
leges rectè latas summam potestatem, magistratum ve-  
rò siue vnu siue plures sint, eorum potestatem habere,  
de quibus lege caueri exactè non potest.  
80.  
Ius summū  
non tem-  
per opti-  
mum atq;  
rectissi-  
mum.  
81.  
Ius positi-  
uum vari-  
cum & mu-  
tabile.  
82.  
83.  
Leges &  
Magistra-  
tus vti co-  
currant.

C 3

Et

84. Et hac ratione *æquum & bonum* emendatio juris scripti  
Æquum & dicitur, quatenus videlicet aliter de non nullis statuit, de qui-  
bonum e-  
mendatio  
juris scri-  
pti,

bus lex in vniuersum ferri non potuit, ad quod quidem ut fi-  
at magistratus autoritate, decreto vel plebiscito, ut ait, o-  
pus est, & quod quoq; exprimit Ictus Vlpian. in supra allegat. l.  
12. ff. d. LL. verb. qui iurisdictioni præst ut & seq. l. 13. verb. iurisdi-  
ctione suppleri. Sed qui in eo absq; cōsilio prudentū nihil agit.

Consequenter verbis *boni & æqui* Celsus hīc nihil aliud  
innuit, quām si nulla lex vel etiam nimis generalis extet, e-  
jus quod æqui boni q; ratio postulat expositionem, humani-  
orem q; & benigniorem juris scripti interpretationem, quæ  
græcè ὀμοίκονδα dicitur, & juri si ad summam seueritatem exi-  
gatur, opponitur juxta illud: summum jus summa inju-  
ria, in omnibus quidem, maximè tamen in jure & judicijs  
spectanda, l. in omnibus 90. de Reg. iur. l. placuit 8. C. de iudic. quā  
postulante & à legis verbis & solennibus receditur l. penult.  
pr. ff. de restit. in integr., In quo genere perniciose plerunq; sub  
autoritate juris scientiæ errari ait idem Celsus, cuius est  
præsens nostra definitio, in l. seruum. 91. §. sequitur 3. ff. de verbor.  
obligat., Cujus verò quod sectator fuerit & quod jus civile ab  
ilia nunquam se junxit p̄æ aliis laudatur Sulpitius Sulpitius.  
Quamq; ut maximè in supremis tribunalibus obserua-  
re conuenit, non quod iis integrum sit aliquid de substanti-  
alibus siue naturalibus judiciorum remittere, vel etiam  
pro arbitrio contrā jus & fas quid statuere, sed quod apices,  
vel potius anfractus processus siue rituum judiciorum  
rectè negligant, quodq; si aliter definitum constitutum non  
sit instar regulæ structuræ Lesbizæ, cuius meminit Aristotel.  
d. 5. Ethic. c. 10. ad fin. pro re nata liberam causarum discep-  
tionem habeant de quo alibi plenius.

85. Et beni-  
gnior juris  
interpretati-  
o, græcè  
Ὀμοίκονδα.

86. Æquitatis  
semper  
magis ha-  
benda ra-  
tio quām  
stricti ju-  
ris,

87. Æquitas  
ut maximè  
& quous-  
que in su-  
premis tri-  
bunalibus  
attenden-  
da.

88. Bonæ fidei  
appellatio  
in jure  
vnde?

89.

Quandoq; etiam *æquum & bonum*, quod Icti alioqui  
vocant bonam fidem, ut in l. si res. 1. §. venditor. 1. ff. de Act. Empt.  
l. si domum. 45. §. si hominem 1. ff. locati & paßim videre est, in non-  
nullis negotiis exuberet, hinc illa distinctio contra*æquum*,  
*Actiorum*, judiciorum *bonæ fidei* & *stricti iuris*. Stricti juris vi-  
delicet, quæ stricto jure vallatae sunt, ev. oīs ut cum Theophilo  
lo-

Ioquar T̄ns ἀκριβειας γίνεται λόγος, in quibus iudex ultra legem conuentionis nihil potest: Bonae fidei autem, quae in æquum & bonum sunt concepta l. eas 8. ff. de Capite minut. In quibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bona fide i.e. ex æquo & bono præstare oportet l. consensu 2. §. item in his fin. Et l. si quis s. pr. ff. de Obligat. & act., liberaq; permittitur judici potestas ex æquo & bono æstimandi quantum actori præstetur. cuius tantundem in illis iudiciis officium valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei factæ interrogatio l. quia tantundem 7. ff. de negot. gest. §. in bona fidei 28. instit. de Act. Vnde & formulæ antiquæ: quod dare facere oportet ex bona fide quantum aequius & melius sit dari; Ex fide bona, vel quantum aequius melius; Melius aequius, ut inter bonos bene agier oportet; Ut inter bonos bene agier oportet & fine fraudatione. Qualiaq; sunt omnia negotia διπλός siue vtrinq; obligatoria. de quibus suo in loco.

Nec hochūc prætereundum, quod cum æquitas siue æquum & bonum nihil aliud sit, quam mitigatione siue correccio juris scripti imo & ipsa jus sit differens in specie à jure scripto, jus videlicet, uti Aristoteles definit, quod lex scripta prætermisit τὸ γέγραμμόν νόμος εἰλείμηνα τὸ τέλον τὸ γέγραμμόν νόμον διναυον, secundum ac in præcedd. dictum: scriptam æquitatem, vocabulo isto genuinè accepto, nullā esse, quicquid etiā alij, vocabulum illud in longe alio sensu quam illud hujus loci est accipientes, statuant in contrariū.

Et quæ de definitione iuris ita dicta planè sufficere poterant. Restat autem altera IURISPRUDENTIAE Vlpiani in d. l. 10. de Inst. & iure supra relata, quam & ipse Iustinianus in tit. Inst. eod. §. 1. repetere voluit. Quæq; tūm rem consideratam siue materiam & subjectum juris materiale, tūm formale siue modum considerandi demonstrat. Quod subjectum materiale in Operaticibus disciplinis à fine restringi tanquam à modo considerandi notat Zabarell de nat. logic. c. 15. Quodque absq; omni dubio exhibent res diuinæ & humanae; & formale verba: Insti atq; iniusti scientia. Ut videoq; ictus circa res humanas & diuinas versetur, quatenus in iis queritur quid justum

stricti ju-  
ris negotia  
quænam.

90.  
Bonæ fidei  
negotia  
quænam.

91.  
Æquitas  
scripta  
nulla.

92.  
Iurispru-  
dentiae de-  
finitio VI-  
piani.

93.  
Subjectum  
iurispru-  
dentiae res  
diuinæ &  
humanae,  
quatenus



in ijs quæ justum sit aut injustum, totò cœlo verò à jurisprudentia dif-  
ritur quod ferat sapientia quam veteres diuinorum atq; humanarum  
justum sit, scientiam dixerunt, vt est ap. Platon. in dialog. de Philosophia,  
aut inju- Senec. epist. 89. Planè item non sit opus transfiguratione ca-  
stum.

94. Iurispru- suum Accursianâ, quâ alterutrum vocabulorum notitia vel  
dientia di- scientia in ablato legendum putat; Neq; etiam ei adfenti-  
uersa à sa- re possumus, cum verba humanarum & diuinarum simpliciter  
pientia. & crassè intelligit, ita vt quidem Ictum, vt Ictum, ad illorum  
quæ Theologiæ sunt lectionem non obstrictum esse, attamē

95. Rerum di- de diuinis, vt diuinis, specialiter in jure nostro tractari adse-  
uinorum & rat. Tùm absit vt cum Budæo in adnotat. ad d. l. i. & Coras. ad d.  
humana- l. 10. de l. & l. dicamus jurisprudentiam artium circulum, siue  
rum consi- Orbem illum doctrinæ quem Græci encyclopædiā vocant;  
deratio aut cū Antonio Fabro in suo Papiniano negemus hæreticum  
quatenus posse esse Ictum. Nouerit quidem Ictus discrimen rerum  
Icti. humanarum atq; diuinarum, nouerit etiam quænam hu-  
manæ, quæq; diuinæ sint, & ad quam vtræq; classem perti-  
neant & referantur, eoq; igitur respectu jurisprudentia di-  
uinarum atq; humanarum rerum notitia θεωρίαν ἀθηναϊκῶν  
γνῶσις, vti habet Theophilus, definitur; at cum hoc propri-  
um & formale Icti sit, vt sciat finem jurisprudentiæ, hoc est,

Icti est ju- justitiam in negotia obuenientia commode & decenter in-  
stitutam in obuenien- troducere, quod nudæ justi & injusti cognitionis non est, i-  
tia intro- dedò quoad hoc Vlpianus, & post eū Iustinianus scientiæ voca-  
ducere. bulum addiderunt. Sumentes videlicet illud pinguius, sicuti  
in præcedd. in vocabulo artis pluribus est demonstratum.

Atq; ita jam de jurisprudentiæ natura & Icti munere siue  
officio nobis ὡς ēν τῷ πνῷ constat. Ut cū jus sit ars & qui & boni,  
seu habitus, si nihil scriptū dictū reperiarur ipsum & quū &

97. Ictus non moderandi, in loco etiā supplendi & ad singulares casus pru-  
qui verba, denter & cautim accommodandi, sanè is dicatur Ictus, non  
sed vim & qui, vt inquit Celsus in l. scire 17. ff. dell., vetba legum enarrare  
potestatē scit, sed qui vim & potestatem earum tenet, id est, nouit ex  
legum no- mente legislatoris legē interpretari, explicare & emen-  
uit. dare. De quo nunc proximè videndum.


Klein Stedt, Diss., 1616-19



MW 1+13+23

KD7





### Farbkarte #13

Black	White	3/Color	White	3/Color	White	3/Color	Black	B.I.G.
Red	Magenta	Yellow	Green	Cyan	Blue	Blue	Red	Red
Yellow	Red	Green	Cyan	Blue	Blue	Blue	Yellow	Yellow
Green	Blue	Blue	Blue	Blue	Blue	Blue	Green	Green
Red	Red	Red	Red	Red	Red	Red	Red	Red
White	White	White	White	White	White	White	White	White
Black	Black	Black	Black	Black	Black	Black	Black	Black



DE IURIS ET IURISPRUDENTIAE  
NATVRA ET PRINCIPIIS, EIVSDEM.  
QVE TVM IN SCHOLIS RECTE TRADEN-  
DÆ RATIONE, TVM VERO ET  
GENVINO IN FORO VSV,

945

21

## Dissertatio Prima,

QUAM,

*Divina annuente gratia.*

PRAESIDE

IOHANNE STUCKIO  
ICto, nec non pro t. Magnifico Vice-Re-  
store, & Facultatis Iuridicæ Seniore &  
Ordinario &c.

Publicè defendet

JOHANNES Hampe Helmæ-  
stadiensis,

Ad diem 8. Martij

IN NOVI IULEI AUDITORIO MAIORI



De Zach. Sonoco.

HELMAESTADI,  
Et typographéo LVCII,  
Anno clc Is cXXXIV.